

CAPUT XL.

Licetum ne est in mutuo aliquid ultra fortem exigere ratione vel periculi amittende fortis, vel expensarum quae faciendi timentur in sorte recuperanda? Singularis doctrina Cardinalis de Lugo, & Tamburini.

Idem meam oppignoravi dissertationi precedenti cap. vi. num. 3. dirimendi quaestionem, utrum nempe licetum sit premium in venditione ad creditum agere ob periculum pretii recuperandi. Tempus est ut eam liberem. Dux sunt circa hanc quaestionem opiniones. Prima affirmans est, quam defendunt plures iuniores. Serra 2. 2. qu. 87. art. 1. dub. 4. concl. 3. Valentia disp. 77. qu. 1. x. punct. 2. concl. 4. Lugo disp. xxv. sect. 6. num. 81. Callropalaus disp. v. punct. 12. num. 6. Diana Tom. VI. tract. 111. resol. 40. ubi inquit: *Hae opinio visa est probabilis his omnibus.* Lessius Lib. II. cap. xxi. dub. 6. num. 34. Petrus Navarra Lib. III. cap. 11. dub. 11. Bonaccia disp. 113. de contract. qu. 11. punct. 4. Salamancaenses tract. XIV. cap. 11. punct. 11. num. 141. Claudius La-Croix Lib. III. part. 11. num. 945.

II. Hanc opinionem falsam reputo: quia culhbet venditioni ad creditum intinuum est periculum quod obtruditur, & consequitur tam eisdemque venditionem quam mutuum. Cave-ri autem periculum istud potest per fidei-sonem. Sed alias rationes mox dabo.

§. I.

Periculi notio, & diversitas. Omni mutuo infitum periculum illud est vi cuius iuniores purgare ab usura lucrum perceptum a mutuario contendunt.

Periculum definitur, seu describi potest, quod sit incertus eventus fortis amittende, vel recuperandae. Periculum duplex. Aliud facti, aliud iuris. Nunc de primo, post de secundo. Ratione periculi facti non pan-cti iuniores Probabilitate defendunt, abique usura labe exigi in mutuo lucrum posse. Immo ex laxitatis prolapsi nonnulli sunt, ut illos asserere non puduerit, in omni mutuo hoc periculum reperiri. Hoc fatetur vel ipse P. Claudius La-Croix Lib. III. part. 11. de usura num. 854. Sylvius, Serra, & alique apud Mendo in Statuta disp. vi. num. 58. quodcumq; SEMPER esse periculum fortis, quando da-tur mutuum; ideoque ratione periculi SEM-

PER posse aliquid exigi. Nec Molinuz, nec Calvinus, nec Salmalius tam laxam opinio-nem defendunt. Nam illi, dum mutuo pecu-nia traditur pauperibus, aut divitibus necesse-ritate pressis, nihil exigi posse docent. Ipsi indifferenter asserunt, in omni mutuo adesse semper periculum; atque adeo ex mu-tuo semper ratione istius periculi moderatum lucrum exigi posse. Errorem hunc profliga-vit BENEDICTUS XIV. in sua Pastoralis Encyclica adversus usuras num. 5. *Sed istud diligenter animadvertendum, falso sibi quoniam & non nisi tenore persularum, repen-ri SEMPER, & praesto ubique esse vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso istius mutuo, contractus alios iustos, quorum vel ti-tulorum, vel contractuum praesentia, quatenus-que pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auclarium moderatum ultra fortem integrum salvamque recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis documentis, & catholica Ecclie- sia de usura iudicio, led ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul du-bio adversabitur. Neminem id latere saltem potest, quod multis in casibus tenetur homo simplici ac nude mutuo alteri succurrere. Le-ge Commentarium nostrum in praefatam Episto-lam.*

II. Alii iuniores, ut aliquo saeco errorem hunc contegant, distinguunt pericula in ordi-naria mutuo intima, & in extraordinaria mutuo extrinseca; ut quando mutua pecu-nia traditur, inquit cum aliis P. Billuart disp. IV. art. 3. §. 5. mutuariis dubie fidei, pro-digis, deceptoribus, litigiosis, lufui deditis, aut illis qui exercent commercia periculosa, sive navigando, sive deferendo merces prohi-bitas, aut etiam licitas, sed per vias latronibus obitas, aut tributa defraudant. Incredible mihi essent haec paradoxa, nisi eadem totidem verbis legissim. Mutuum inter Christianos caritatis, & praedictae regulis moderatur. Quis autem Christiano-nem prudens, & bene moratus mutuas pec-unias traderet aut lufui deditis, aut prodigi-s, aut illis qui deserunt merces prohibi-tas, qui tributa defraudant? Quis prudens hominibus dubiae fidei, aut litigiosis, aut ce-teris recentitis mutuas pecunias credit, et nisi ob duplicem finem, caritatis incurrendi fa-tri indigentis, aut avaritiae, & lucra ca-ptandi? Si primum; mutuum gratuitum erit, vel ad summum fidei iustio adicietur. Si secundum; fenebre mutuum est. Nonne ex sola istius opinionis expositione eisdem apparet manifesta fallitas? Advertas tamen velim,

velim, non omnes iuniores confingere ad haec extraordinarium pericula, sed solum asserere, dummodo periculum verum sit, & non fi-ctum; ut videre poteris apud Dianam, Tam-Steum; ut Lugo, Bonaciam, La-Croixium, Salamancaenses, & alios; quorum aliqui in-stant demtaxat, si mutuarii sint deccolom-tes, aut dubiae fidei, aut non latis noti. His vocibus gravissimam difficultatem dirim-unt. Sed ad rem.

III. Propositio nostra haec est. *Lucrum ex mutuo ob periculum facti amittende fortis, sive ordinarium, sive extraordinarium, feneratorium est.* Primum rationes promo- adionere lectorem interese, in hac de usura controversia veranda semper ad Scriptu-ras, ad Patres, & sacros Canones oculos convertendos esse. Si verze essent iuniorum Probabilitatum opiniones, in nihilum occide-ret Scripturam, Patrum, & Canonum contra usuras doctrina. Quia, quod, tam severe declamantur & Scriptura, & Patres, & Canones in feneratoribus, si frequentissime, & fere semper mutuo hereret utri vi quoniam lucrum perceptum usurae expert eliet? Nihil frequentius damnant Scripturae quam exactionem usurae a pauperibus, istorumque oppressionem. Illis gratis mutuandum docent vel ipsi heretici usurarum fautores. Porro nullum mutuum magis obnoxium pe-riculo est quam pauperibus traditum. Ab istis ergo semper ratione periculi exigendum lu-crum erit. Ubinam in universa divina Scri-ptura istius periculi mentio ad honestanda tenora? Arguatur Probabilis, non omnia in Scripturis reperiri pro casibus deciden-dis. Verum habet, si sermo sit de casibus excogitati a Caramuele, a Diana, a Serra, a Zanardo, a Tamburino, ab Eleobarto, & a pluribus aliis eisdemmodi; falsum vero, si de illis preceptionibus loquamur quae ad imben-dos fideles cum in fidei articulis, tum in morum sanctitate requiruntur. Numquid minus apte intraxit Deus fideles suos? De-ficiens lex illius in iis quae ad salutem sunt necessaria? Inutilis ergo nobilis Theo-logorum natio? Absit. Theologi qui Scri-pturarum, Patrumque doctrinam communi fidelium intelligentia peripica interpreta-tione exponunt, diurna, nocturnaque ma-nu versandi sunt; abstinendum vero ab iis omnibus, qui Scripturis neglectis, & Patri-bus, suis rationibus novas morum regulas excogitant. Tam subtilia commenta non-nulli inveniuntur pro usura honestanda, ut usuram penitus sustulerint. Tanta vero dex-teritate, & acutis sophismatis rem impli-

cant, ut facillime fucum faciant imperiis, qui ea libenter amplectuntur quae sibi fa-vent, & fidelium lucra ab usurae labe pur-gent.

IV. Ab his ergo legandis abstine; & post Scripturas ad Patres confuge. Eae doctrina SS. Patrum luculentissime eruitur periculum istud de quo est sermo, esse purum utan-que usurae pallium. Patras omnes uno ore docent, usuras patrimonio aborbere, domos evertere, opulentoque ad extremam egeita-tem redigere. Coniule que ex Basilio, Am-brosio, aliiisque supra rescriptis, testimonia. Fenus ferrius comparant, quod totam fa-rinae massam corumpit. Intinuum ergo fere semper mutuo est amittende fortis periculum sive respectu pauperum, sive respectu divi-tum. Quid quod pauperes minime scilicet timent? inquit Basilus. Quis pauperibus mutuum dat pecuniam? Quis eisdem credito vendit, nisi moralis habeatur certitudo futu-ze solvendi?

V. Audi qui scribit Chrysolomus homil. LVII. in Matth. Quid est difficultas quam ve-nerari, & de usura, & patrimonibus vene-ramenter sollicitum, vades querere, & modo de pignoribus modo de sorte, nunc de vadibus istis formidare. . . . Nescis quot homines sorte amiserunt fenebris expectatione, quot in PERICULA deciderunt? . . . Multi sepe in ipsa sorte naufragium peritulerunt, & ante-quam naufragium pantur, continuis curis anguntur. Numquid ob ista pericula a cri-mine usurae lucrum excusat? Immo severius exagitat feneratoris ibidem. Hanc doctrinam memorie commenda, ut evidentius depre-hendas, quam sit lepida opinio quam excogitant Lugo, & Tamburinus, infra refe-rendi. Curas, & angores munantium deseri-bit etiam Basilus homil. in Psalm. xvi. *Can-ones accipientes mansuecunt; fenerator vero accipiens irascitur. . . . Si irascitur, non or-det. Que in adibus habes, diligenter pro-scrutatur. Una commercia, negotiaque in-vestigat. Plures alias curas, molestias, & solli-citudines cernit.*

VI. Ut clarius rationes adducenda pate-ant, distinguendum est periculum quod est apud creditorem, a periculo quod est apud debitorem: quae duo pericula communiter confundunt, & implicunt iuniores. Primum itaque ferre erit de periculo apud credito-rem. Hoc autem cuique mutuo semper in-fitum est. Eo ipso enim quod quis muta-tur ad aliquod tempus, adest semper verum periculum visui amittendi. Ergo si istius peri-culi

culi ratione exigi lucrum ex mutuo potest, nullum erit mutuum gratuitum, nulla in re Christianitas. Declaratur prima propositio. Periculum quod est apud creditorem, esse habere utrum velit, quod res mutuatarii vel sunt desperata, vel erunt, vel possunt esse. In primo casu periculum evidens est & certum. Sed nullus mutuator pecuniam mutuum tradit simili mutuario, nisi caritate flagrans succurrere proximo vel in stipendio tum fortis, tum accellionis. In secundo quoque casu periculum reperiri, nemo inficiari potest. Si enim res mutuatarii erunt desperata, periculum recuperandae fortis evidens est. In tertio denique casu periculum eo modo verum est quo verum est, mutuatariam quemlibet, fortuna adversa, in miseriam prolabi posse. Nonne in dies videmus divites ad pauperitatem redactos?

VII. Oppones, in primo, & secundo casu, in quibus res aut desperatae sunt, aut probabiliter erunt, reperiri utique periculum, & quidem valde proximum; secus in tertio, in quo non nisi periculum remotum reperitur. Hoc autem nihil reputari in moralibus. Ita ne vero? Possent raponere. Ex ore tuo te iudico. Quoniam nec in primo, nec in secundo casu nullus utriusque divitiarum avidus iuan pecuniam credit similibus mutuatariis; sed dumtaxat illis qui sunt in tercia classe. Ab his autem lucrum exigere, te iudice, iura est; cum istorum periculum non sit pretio estimabile. Sed haec dicis gratis. Ceterum distinguendum est periculum certum a periculo vero. In mutuatario prima, & secunda classis periculum verum, & certum est; in mutuatariis terciae classis periculum verum est, sed non certum. Probabilis utique respectu istorum est quod fors non sit amittenda. Tamen improbableia minus est quod fors pereat ob infinitas circumstantias quae passim occurrunt. Videmus homines integerrime fidei a promissis defecere; & contra, homines dubiae fidei promissa implere. Inlaturum ergo est cuilibet mutuo verum periculum, modo utique maius, modo minus, modo propinquius, modo remotius. Communis hominum sensus id experientia docente adfirmat.

VIII. Respondent Serra, Diana, & Tamburinus, laxiores Ethices factores, non esse verum quicquid mutuo coherere iuris periculum. Patet enim, inquit Serra 2.2. qu. lxxvii. r. art. 1. mutuum esse sine periculo, si mutuataria pignus, aut fideiussorem daret. Cla-

rius Tamburinus probat, non cuique mutuo coherere periculum Lib. IX. de contract. tract. 1. cap. 111. §. 6. num. 2. Nam si mutuum dem homini fideiussore, certaque, actu pignore apud me depositis, quo pacto certitudinem habeam quod mutuum non sit amissurus, alibi cogitat mutuum? & tamen nullum adoratur periculum amissionis. Peresegrege. Sed acuti Probabiliter in calles fateriptos detulerunt. Illorum effugium evidenter destruit eorundem opinionem, nolramque confirmat. Vi fideiussionis, vel affectationis, aut pignoris separaria mutuo periculum potest. Ergo his loblatis mutuum natura sua insitum periculum habet. Nulla hic ad evadendum rima patet. Subdit Tamburinus ibidem num. 3. Quando apud te certum pignus habuisti pro affectatione tui mutui, vel FIDELISSIMUM fideiussorem, te non posse ex hoc capite periculi aliquid sumere: quia tunc, cum periculum nullum vubesse supponatur, molestiam non patieris... Vides secundo, etiam si deinde suo praefixo tempore totum mutuum integre tibi solvatur, posse nihilominus dictum aliquod proportionatum (lucrum) a te exigi, & retineri. Ratio est, quia hoc exigitur ratione gravaminis, quod iam certe suscipiisti tolerando per annum illud periculum, & iuramentum amittendi mutuum. In solo ergo casu quod vel per contractum affectationis, vel per pignus mutuum circumscriptum, manitumque sit, periculum abest a mutuo. Ergo mutuo nude sumpto, seu mutuo, ut mutuo, insitum periculum est. Ergo ex mutuo, ut mutuo, licitum lucrum erit. Si enim mutuo coheret periculum, idem est exigere lucrum ex mutuo ratione mutui, ac ratione periculi eidem intrinseci. Quandocumque, fatendum adversariis, ita intrinsecum est mutuo periculum istud, ut ab eo separari nequeat, nisi aut per exhibitionem pignoris, aut per contractum affectationis. Lepidum responsum Henrici a S. Ignatio infra convellam.

IX. Evincio alia ratione conclusionem meam. Ut mutuator pro periculo pretium exigat, in se periculum suscipere, & mutuatariam ergo esse libere debet. Cur enim mutuatarius ad solvendum pro hoc periculo pretium accipit, si a periculo non liberatur? Quid emit, quid accipit mutuatarius, ob quod solvere pretium teneatur? Mutuatur quid benefici conseri mutuatario prater mutuum? Ti mutui nihil accipi posse lateretur adversarii prater sortem. Pretium ergo exigit quia mercedem ullam tradat mutuatario. Iniquum ergo est pretium istud pro nihilo solutum. Ergo sub alio aspectu hanc rationem. Si

mutuatarius reipia iacturam pecuniae mutuo acceptae patiatur, nonne, si solvendo sit, tenetur integram pecuniam sortem restituere? Dubio procul. Solvit ergo periculi pretium. Nam periculum istud unico spectat sortis iacturam. Ergo quoties mutuatarius capitale reddit, totum periculi pretium solvit. Quid accipit? Nonne mutuatarius restituende sortis? Nonne hic capitale mutuatariatum vel furto sublatum mutuatario sit, vel negotiationis expositum, & quocumque alio evento perierit, ad restitutionem integri capitalis alitringitur? Solvit ergo periculi pretium intrinsecum. Pretium enim periculi excedere sortis pretium nequit; cum periculum circa sortem non sit damnium diversum ab ipsa sorte. Cedo: potest ne mutuatarius cogi ad certum pretium solvendum pro damno emergente, quando ipse se velit obstringere ad cuiusque futuri damni compensationem? Negant omnes. Atqui mutuatarius reipia suscipit periculum compendiandi omne damnium quod ex sortis iactura oriri possit; cum se obliget ad restituendum sortem in omni eventu. Ergo dam sortem restituit, plene compendat omne damnium; cum damnium sortis non fuerit per sortis pretium, ut dictum est. Quid? Infelix mutuatarius, si sortem, vel fortuna adversa, vel iniquis praedonibus rapientibus, amiserit, eam integram reddere debet; & tenebitur insuper pretium solvere, quod has calamitates passus sit, vel pati poterit? Haec ne evangelica doctrina? Haec ne Christi caritas?

X. Confirmo rationem adductam furis paritate. Fur surripit centum aureos. Pacientia ductus eodem restituit. Numquid periculi periculi solvere tenetur creditor? Negant omnes ad unum Theologi. Et tamen maius est periculum pecuniae raptae quam periculi mutuatitiae. Respondent iuniores, paritatem hanc nullius esse roboris. Quoniam ideo fur non tenetur solvere periculi pretium, quia nulla pacta inter furem & dominum conventio fuit periculi illius solvendi; contra inter mutuatorem & mutuatariam haec praecessit conventio. Lepidum profecto effugium. Quid nunc sit periculum vocatur? Nonne utrum sit periculum istud pretio estimabile? An fit titulus verus pretio compensandus? Quid respondes? Negas? Usura ergo est pro illo periculi exigere. Ais? Ergo potiore iure fur quam mutuatarius, illius solvere pretium tenetur. Infitis. Nulla inter furem & dominum conventio praecessit. Opponi ne haec possunt

Cont. Theol. Tom. VII.

abque communis sensus prauidicio? Ut conventio ista sit, iusto nisi titulo debeat. Titulus ergo istius mutuae pactae conventionis ostendit, & evincit debet. Et cum titulus, a mutuo distinctus, chimericus a me probatus sit; commentitia quoque, & feneratoria conventio est. Ceterum quomodo praecedere inter latronem & dominum conventio poterat, si fur, initio domino, rem furripuit? Neque de damno emergente conventio praecessit. Ergo fur compendat damnium emergens non attingitur, si illud passus dominus est? Neque praecessit pactum de restituenda re rapta. Ergo ad restitutionem fur non tenetur? Sed quid in convellendo vanissimo effugio tempus tero; cum haec inepta sophismata evidentialimam patefaciant conclusionem nostram? Paucis rem hanc perstringo. Titulus isapae natura iustus, & pretio estimabilis in mutuo: hoc suum pretium non amittit in furto. Et titulus qui sortis pretio estimabilis non est, neque in mutuo pretio dignus esse potest. Alioquin melior esset conditio furis quam mutuatarii. Hoc solum inter mutuatariam & furem discrimen est, quod mutuatarius neque pretium iustitiae, puta damni emergentis, solvere tenetur, nisi praecedat conventio; quae iniquilibet contractu libere convenire partes debent. Et quoties mutuatur datum quod ratione mutui patitur, non manifestat, & de eo, cum possit, non pacificatur, praesumitur illud mutuatario donare. Haec pacta cum fure iniri nequeunt. Ideo fur ultra restitutionem sortis compendare ea omnia damna tenetur quae ob sortem passus fuerit dominus, licet nullum praecesserit pactum. Iusta omnes ad unum Theologos fur non tenetur compendare periculum amittendae sortis. Ergo iuxta omnes periculum amittendae sortis neque in furo, neque in mutuo est pretio estimabile.

XI. Verum ratione adhuc evidentiore, & causae nostrae intimiori confirmo propositionem meam. Finge aliquem per vim, aut fraudem cogi ad mutuandum, cum periculo sortis amittenda. Is violentus, vel fraudulenter mutuatarius ad quid esset alitrius? Ad restituendum sortem, & omnia damna quae tali occasione passus fuisset mutuator evadens; quamvis nullum de his damnis pactum praecessisset. Quid ratione periculi fortis amittenda? Nihil omnino compendare tenetur, ut omnes fateantur, sicut dictum est de fure. Ergo est evidens, periculum non esse et forte diversum, sicut diversa sunt cetera damna.

P

§. II.

§. II.

Confirmatur nostra sententia ex cap. Naviganti.

Dixi initio disputationis, duplex a Theologis distingui periculum. Aliud facti, quod est apud debitorem, quantenus debitor ex omnibus suis bonis tenetur in quocumque eventu, etiam amissa fortis, & luci, tantumdem reddere creditor. Aliud iuris, quod creditur in se fupicari; ita ut si fors quocumque casu abique debitoris culpa perierit, ipsi creditor percat. Hoc periculum mutuo extrinsecum vocatur: quia per novum contractum assicuracionis suscipitur a creditore. Hoc quoque periculum reitit Gregorius IX. in Decretali, ad S. Raymundum O. P. directa anno 1206. *Naviganti, vel eunti ad nundinas certam pecunie quantitatem, eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultra fortem, usurarius esse censendus.* Ex hoc pontificio canonice sic confirmo sententiam meam. Non licet mutuari aliquid ultra fortem suscipere, etiam si pecunia traiecitia periculum suscipiat, seu ob periculum iuris; quin, si recipiat, *usurarius esse censendus.* Quid? Mutuator qui suscipit periculum, non modo debitoris, seu mutuatarii perfidia, verum etiam maris, prædonum, latronumque, fenerator reputatur, si pretium exigat; mutuator vero qui nullum omnino ex his periculis suscipit, sed uni periculo facti, nempe perfidia, & inopie debitoris, subiacet, pretium exigere poterit? Quis magis cum ratione, communique sensu pugnat?

II. Heu quot in lateribus se recipiunt, ad veritatem, ut heinc elabuntur! Innumera sunt commenta quibus eludere obvium canonis sensum percontant. Multi contendunt, mendum irrepibile in Pontificum textum, & desiderari particulam *NON*, librorum oscitantia omittam. Sed effugium istud penitus præclusi in opere de *usura contractus trini disp. 1. cap. v. §. 2.* ubi palam feci, non modo codices omnes carere particula *NON*, verum etiam, quod peremptorium est, S. Raymundum, ad quem directa Decretalis fuit, textum hunc referre abique præfata particula. Cavillantur alii ultima verba: *Usurarius esse censendus*; idest, in foro exteriori ob presumptionem quod ratione mutui, non periculi, lucrum capetur. Quisque videt, num sit hæc aperta legis circumventio. Nam ite dicendi formulæ, Usurarius esse cen-

sus, & Usurarius est, idem omnino sonant. Quid quod in eadem Decretali continuo additur secundus casus, cuius initium est, *Ille quoque qui dat &c.* & eadem phrasim resolvitur, *Non debet ex hoc usurarius reputari?* Omnes hunc ad usura absolunt in utroque foro. Nemo unus dixit, non esse reputandum usurarium in foro conscientie. Denique namquid Pontifices propositas libi questiones, ad morum integritatem attinentes, decidunt pro foro exteriori, secus pro foro conscientie?

III. Communior inter iuniores interpretatio hæc est. Quando mutuator cogit mutuatarium, ut semetipsum pro assicuratore suscipiat, usurarius est censendus; secus vero quando mutuatarius sponte in fideiussorem suscipit mutuatorem. Si hæc consistat interpretatio, nulla lex est tam luculenta que circumveniri nequeat. Unde sciunt iuniores, tempore Gregorii IX. mutuatorem consuevit imponere onus istud mutuatarii? Ut enim interpretatio locum haberet, morem hunc obtinuisse oporteret tempore quo condita Decretalis fuit. Pontifex enim illum contractum decernit usurarium, qui suo prægebatur tempore. Porro ignoravit ne Pontifex sui temporis morem? S. Raymundus, & ceteri qui consuluerunt Pontificem, aut exposuerunt eidem vim illatam mutuatario, aut secus. Si ais, illius meminisset Pontifex. Si negas, ergo Pontifex, nullo ad vim mutuatario factam respectu habito, contractum feneratoris protrahit. Sed quid ultra argumentationem protrahit? Si necessaria esset vis eiusdem modi, ut feneratoris contractus esset; chimæ respici nulla istius violentie mentio est; & tamen contractus usurarii definitur. Iuxta Bonacinam, Salas, Eylliacum, Molinam, Lessium, Tamburinum, aliosque iuniores, ab lata violentia, contractus iustus est. Pontifex, nullius violentie mentione facta, contractum usurarium decernit. Alterum ergo, aut erravit Pontifex; aut errant iuniores. Non erravit Pontifex: ergo errant iuniores. Nulla hic ad evadendum via.

IV. Alio ex capite evinco interpretationem iuniorum esse arbitrarium commentum. Omnis civilis obligatio imposita mutuatario contractum efficit usurarium. Si mutuator obliget mutuatarium ad remutandum, ad emendas suas merces, ad accedendum ad suum molendinum, ad quid simile, usuram committit. Nullum umquam fuit de hoc inter Theologos dissidium. Si mutuator imposuisset hoc onus mutuatario, nullo ad Pontificem

fieri remissa facta, omnes Theologi usurarium illum damnassent. Rursus, aut his erat de assicuracione violenta, aut de assicuracione libera. Si de assicuracione violenta, cur Pontifex violentiam non meminit? Si de assicuracione libera, cur Pontifex indefinite loquitur, nec libertatis, nec violentie mentione facta?

V. Quid, si mutuator omnino gratis, ut debet, mutuum det naviganti, vel eunti ad nundinas pecuniam, omni alia intentione sublata, & potest mutuatarius sponte adeat mutuatorem, illumque in assicuratorem accipiat? Nolum tunc usuram committi, defendit cum aliis vespere Natalis ab Alexandro, laxioris Ethices vel ipse Natalis ab Alexandro, §. 3. Quoniam mutuator totum beneficium deterioris conditionis non est ac alius quilibet. Porro quilibet alius assuregare periculum negotiationis, si vis maritimus, sine terrestris, valet. Ergo & mutuator. Si casus iste præcibus a praxi spectetur, immo si re ipsa innocenter accideret in praxi, non viderem cur damnari usura possit. Verum magna hic opus est vigilantia, quia usurae anguis in herba latet. Vix, ac ne vix quidem hoc in praxi sincere & innocenter occurrit. Si tamen occurreret, nec iple post factum absolute usurae damnaret. Ceterum, cum vix, ac ne vix quidem id contingat in praxi; ideo absolute Gregorius IV. declaravit usurae ream mutuatorem qui ob tale periculum in se susceperat, pretium exigit. Nec est eadem ratio de tertio assicuratore, respectu cuius nulla est suscipiendi ratio, quod ex mutuo lucrum capitur. Et respici Pontifex mutuatorem, non tertium assicuratorem, usurae ream declarat. Mutuatores enim facile emittuntur gratium mutuum, & liberam periculi susceptionem: tum quod incesse fieri posse condatur, simultanee fieri posse inferunt ipsi; & tandem, quod vix in praxi contingit, communitur ad praxim reducant; & ita Decretalis pontificia in nihilum occidit.

VI. Aliam legis circumventionem excogitarunt, & verba Decretalis sic interpretantur plures, quos refert, & sequitur Franciscus Sylvius 2. 2. *quest. lxxvii. art. 1. quest. iv. sub finem.* Verba Decretalis, *eo quod suscipit in se periculum*, connectenda sunt cum præcedentibus. *Tò eo quod* denotat causam lucrandi ex mutuo; ac si diceretur: Naviganti, vel eunti ad nundinas ideo mutuas certam pecunie quantitatem, quia suscipit in se periculum, alias scilicet non mutuatarius, ut ita loqueretur, recipiens aliquid ultra fortem, usurarius esse censendus. Non damnat ergo

Pontifex eum qui ratione periculi in se suscipit aliquid recipit; modo ex mera, & spontanea alterius voluntate periculum in se suscipiat. Hæc totidem verbis Sylvius.

VII. Interpretatio hæc nihil continet præter ea que supra propulsi. Si *Tò eo quod* indicaret lucrum ex mutuo, debuisset in Decretali ponti prius mutuum, non periculum; & hoc modo componi Decretalis: *Et quod mutuas certam pecunie quantitatem, ut in se suscipiat periculum, recepturus &c.* Sed e contrario Decretalis compacta est, in qua usurae causa periculi susceptione assignatur, *eo quod suscipit periculum &c.* Vana itaque est, & prorsus inepta allegata interpretatio. Hæc luculenta sunt; tamen ad maiorem evidentiam addo responsum Lancelotti, qui causam Decretalis exponit in *Instit. Lib. IV. tit. vii. de usur. §. 10.* his verbis. *Aliud autem iuris est, si quis naviganti, vel ad nundinas eunti certam pecunie quantitatem mutuat; & ex eo quod in se mutuas periculum suscipit, aliquid ultra fortem, ne recipiat, convenit: nam hic usurarius reputandus erit. Quid ipsa? Glossa ipsa hoc quoque modo casum exponit. *Aliquis mutuat certam pecunie quantitatem naviganti, vel eunti ad nundinas; & pro eo quod mutuas recipit in se periculum fortis, recipit aliquid ultra fortem: queritur, utrum usurarius sit?* Respondit Pontifex, quod sit.*

VIII. Hæc sunt omnia commenta que excogitarunt iuniores ad eludendam pontificiam Decretalem. Litorum omnium vanitas mirum in modum evidentiorem reddit propositionem nostram. Resame nunc argumentationem factam. Etiam si mutuator suscipiat periculum fortis amittende vel ob naufragium navis, vel ob furta prædonum, vel ob incendium, & alia mala imminenta, nequit pretium exigere præter fortem. Et quando mutuator nullum ex his periculis suscipit, sed omnia sustinet mutuatarius, tunc ne lucrum repetere iure poterit ob solum istius inopie, vel perfidia timorem? Quisnam hoc propugnare iure poterit?

§. III.

Cardinalis de Lugo, & Tamburini rationes peculiaris reiciuntur.

Queso ne me nimie prolixitatis accuses, quia disputationi hæc magni momenti est. P. Thomas Tamburinus de hoc periculo recuperanda fortis hæc scribit *Lib. VIII. tract. 111. cap. viii. §. 4.*

num. 1. Quando rationabiliter timetur periculum, vel difficultas, vel expense in recuperando mutuo, atque hæc oriuntur ratione persone mutuatarii; potest aliquid exigi proportionatum supra sortem. . . Si pericula timeantur ex sola pusillanimitate, negat plurique. . . Verum de Lugo inquit posse; licet denique aliorum iudicio relinquat. Ratio est. . . angor & molestia que mutans passus est toto v. g. anno, propter timorem amittendi sortem, quædā subire ipse non obligatur sine pretio. Atque hæc iam in eo pusillo adsunt. Ergo &c.

II. Lepidam hæc speculationem adoptavit Tamburinus ex Cardinalis de Lugo, qui sine minus periculatæ scribendi, certe acuminè cogitandi Tamburino præstat. Ambo vero, pace illorum dixerim, ad laxitatem declinant. Igitur de Lugo vir sane acutus, & doctus, versat hæc quætionem disp. 25. sec. 6. num. 81. Fatetur ille contrariæ opinionis fundamenta esse infirma, & periculosa non esse a sorte distinctum. Nihilominus ex cogitate rationem indicatam a Tamburino, quam lubet verbis eiusdem Lugo transcribere. Inquit ergo. . . Ceterum cum hoc fiat quod ipsum periculum sit damnum dixerim a sorte, & pro quo possit aliquid ex pacto precedenti exigi. Negari enim non potest quod, licet debitum postea recuperetur, molestiam tamen mutuatanti attulerit periculum illud, & timor amittendi sortem. Sicut ergo mutuum quod dari non potest sine corpore, vel in mentis labore, vel molestia, asserit tantum ad exigendum aliquid ultra sortem pro illo labore, vel molestia, & timore amittendi sortem; poteris pro hac molestia subeunda aliquid exigere.

Ratio autem a priori est, quia labor, & dolor mentis, licet non sint in genere bonorum fortune, & ideo iniurie circa illo illate non obligent ex se ad compensandum, dum pecunias, sunt tamen aliquid quod in pactum deduci potest, ut pecunias compensentur. Sicut enim pro labore corporis potes pretium exigere, ita & pro labore mentis; & sicut potes exigere pretium, ut aliquid sit tibi dolori capitis, quanti doloris illius molestia estimari possit: ita pro molestia, & angore mentis subeundo poteris magis aliquando cruciet quam dolor corporis. Si ergo posses ultra sortem exigere, quando mutuum futurum tibi esse causa doloris capitis, poteris etiam exigere,

quando mutuum futurum tibi esset causa doloris, & timoris interni propter periculum sortis amittende: quia dolor ille, & timor, prout contradiſtinctus a sorte ipsa, est aliquid quod in pactum possit pro pretio asseri. Hactenus Cardinalis de Lugo.

III. Nullus dubito quin lector aliquo animi sensu se tactum sentiat ob singularis illius doctrine, sane mirifice, lectionem. Quam verum est estatum P. Elizade, plurimos videlicet caramulizare. Doctrina quippe hæc quam tradit Lugo, eadem est ac illa quam ex Caramuele supra retulimus. Sicut visus bestie, comædia, & similibus est pretio estimabilis, inquit Caramuel; ita visus faleritatis, & gaudium adfert visio hæc. Ergo eiusdem privatione maestitia, & angore afficitur animus. Hæc omnia ferunt illi estimabilia. Ergo licite vendi possunt quæ utra committatur. Periculum, & salutarior iniuriæ, at ille, dum ob periculum absolute spectatum recipi posse lucrum docent. Verum si periculum illud consideretur ut causa molestiæ, & angoris, & doloris, quem excitat in animo mutuatoris; tum licitum lucrum est: quoniam dolor mentis, angustia, & molestia animi, quam patitur mutuator ob periculum amittende sortis, reuera est quid distinctum ab ipsa sorte.

IV. Quid heinc? Quo maior erit dolor, eo maius pretium erit exigendum. Quo vero homines sunt avariores, eo fuit pecunia amantiores. Ergo acerbioribus illi cruciantur angoribus, & amariorè consistantur maestitia. Altiori ergo pretio compensanda hæc omnia sunt. Respondet P. Tamburinus Lib. IX. de contract. tract. 1. cap. 11. §. 6. num. 5. communiter a Doctores negari consuetudinem illud: quia, aiunt, timor debet nisi aliqua ratione probabit, ut probabiliter mutuator dubitare queat de sorte amittenda. Aliaque ergo quis mutuatorum est qui rationem probabilem factam aliquam non habeat sortis amittende? Presente hoc & ipse perpicax Tamburinus: idcirco, missa hæc aliqua ratione probabili, hæc subdit continuo ibi. Dixi communiter a Doctores negari: nam inclinatur de Lugo, sed timide. Videamus ut timide loquatur de Lugo, qui loc. cit. num. 85. opponit ipsi argumentationem factam, quod nempe avariores sint timidiore. Et primum ex P. Thoma Sanchez Lib. IV. de matrim. disp. 11. admonet, hanc timorem reipia esse respectivum; & ideo mino-

§. IV.

Ob nullum periculum facti, sive probabile, sive ordinarium, sive extraordinarium, licitum est ex mutuo lucrari. Patrum, & Evangelii testimonio id evincitur. Ethnicorum de hac controversia doctrina.

I. Clamitare iniuriam non pauci solent, callus horum temporum non esse a Patribus decessis. Iam supra ostendimus, Basilium, Chrysostomum, Ambrosium, ceterisque pericula emarare que subeunt feneratoribus. Neque illorum aliquis ob eiusmodi pericula, licet gravia, & non communia, aliquid exigi potest ex mutuo concedit. Et quoniam controversia in qua versatur, gravissima est, lubet iterum, quæ diximus, confirmare, & evidenter iniuriam commenta in nihilum redigere. S. Gregorius Nyssenus, S. Basilii frater, fufius & eloquentius quam de Lugo, Tamburinus, Caramel, & ceteri omnes Probabilistæ, feneratorum pericula commemorat bonis adversus feneratoribus, ubi inter alia hæc scribit. Curiose & anxie inquiris fenerator omnes debitoris actiones in peregrinationes, in egressum, in mercatorem. Et si fama oritur infamior, quod scilicet quidam in latrones incidit, vel evanuit aliquo tempore ex opulento evasit. . . assidue agitur, lepis phar, velis chirographum, lamentatur in litteris illis avarum, offerens contractus tabulas, non sicut atque vestem filii mortui, acerbiorneque adhuc illationem superius excoſtictæ dolorem. Si autem mutuum fuerit manuum, historibus asserit, deſert vortorum puellas, & tempeſtate, perpetuo examinat cunctas, & redemptas, nunquid aliquid de naufragio fit auditum, nunquid alieni periculum advenit? . . . An non exactio usura est que omnes evertit, que divitias dissipat, efficitque ut qui honesto, & nobili loco nati sunt, deteriorum vitam vivant quam serviti. . . Equid respondabis, accessus incorrupto iudicid, quando tibi dixerit: Habuisti legem, Prophetas, evangelicas præceptiones: omnes audisti simul inveniuntis una voce caritatem, & humanitatem: his quidem monentibus: Fratris tui non feneratoribus, alius vero: Pecuniam tuam non dedit ad usuram, alius: Si mutuum dederis fratris tuo, non urgetis illum; & Marcus in parabolis clamans: Dominique mandatum immutans ait: Serve nequam &c. Ergo videtur primum dandum, & donandum esse prædicto, & amittendo, deinde quoque ad mutuum extoritur: altera enim

minorem causam requiri in femina quam in homine, ad hunc timorem excitandum. Et sic, dum femina mutuantur, quia avariores, & pusillanimitiores, malus pretium exigere poterunt.

V. Retribam verba ipsius De Lugo, ne quidquam ei imponere videar. Innuat ipse quod molestia illa, sive ex indole vitiola mutuatoris, sive ex ipso periculo probabilioriat, iusticiens ratio sit pretium exigendi. Hæc sunt illius verba. . . Cum enim ratio licite exigendi aliquid propter periculum sit, qui mutans non potest hic & nunc mutare qui subeat molestiam illam, & timorem: partem videtur referre quod res ipsa, vel indoles mutantis, & eius dispositio talem molestiam asserat. Quia si ego, quia claudus ex g. sum, debeo subire pecuniam molestiam, ut pecuniam ex domo afferam ad tibi mutandum, quam molestiam alii non subirent, possum bene (N. B.) pericula pretium exigere pro ista molestia a me subeunda. Si ergo similiter, quia meticulosus sum, & parvus, non possum tibi mutare sine magno angore, & timore amittende sortis, videtur quod possum aliquid exigere pro hac molestia, & onere, si ne ego tibi mutare non possum. Hoc tamen eorum iudicio relinquo.

VI. Opus minime est lectorem excitare, ut recogitet serio, quo pervenerit novus opinandi modus. Alia doctrina seipsa loquitur, quæ consultatione non indiget. En admittit, horrenda consequuntur absurda. Claudi estio pretium repetere minus ex mutuo possunt ob maiorem in serendo pecunia liborem? Quid dicendum ergo de iis qui opiorum hebentidie laborant in pecunia numeranda? Quid de feminis? Quid de avarissimis, qui ob æstantem pecuniarum amorem gravissime cruciantur? Quid si dolorem, si molestiam, & angores viri nobiles subire ex mutuo debeant? Pretium quippe doloris, molestiæque istius augendum, minuendumque est per comparationem ad persona dignitatem, & gradum. Nonne maiori estimari pretio debet dolor quem patitur vir delicatus, nobilis, & celebris, præ illo quem sustinet plebeus, fortis, & robustus? Sed ad alia, ne fatyram scribere videamur.

donationis species est mutuum. Sed addo, *hæc donatum esse sine favore, & exactione usuraria, eoque modo quo divina oracula precipiunt. Equè enim obnoxius est panis qui non dat mutuum, & qui dat sub conditione usurae. At ipsi ad alterum extremum sese conferunt. Vel enim non dabo, inquit; vel mutuum dans, contractum factum feneratorium.*

II. Quamti æstimarent De Lugo, Tamburinus, Bonacina, Salmaticensis, & ceteri iuniores lacrymas, genitus, acerbissimos dolores, perplexitates, & angustias, ceterosque angores quos enumerat S. Basilus? Mutuum de quo loquitur Doctor sanctus, nauticum est, nempe periculum valde probabile, & frequentissimum, & extraordinariis obnoxium. Propterea ne ab usura labe lucrum purgat? Propterea ne mutatores ab usura exulat? Recentiorum neminem legi qui tanta perspicuitate describeret tum periculum omnia quibus expositum est mutuum sive nauticum, sive terreste; tum acerbissimas angustias quibus cruciantur mutatores, quanta S. Gregorius, Basilus, Ambrosius, ceterique Patres; & tamen nec in mentem illis venit, ob præfata pericula, vel angustias mutuum lucrum perceptum ex mutuo honestare. Ergo luce meridiana clarius est, doctrinam iustiorum cum Patrum doctrina pugnant.

III. Quid quod doctrina Patrum est ipsa doctrina evangelica? Ut id evincam, evangelicum textum in medium assero. *Si mutuum dederitis eis a quibus speratis accipere, quia gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus sumentur, et recipiunt aequalia. Meministis enim illigata inimicos vestros, benefecistis, & mutuum datis, nihil inde sperantes. Luc. vi. Hebræorum peccatores, seu vulgares homines his fenebantur a quibus vel simile beneficium, vel totius restitutionem sperabant. Christus discipulos suos ad maiorem perfectionem intrinsecam, etiam in a quibus nihil restituendum speratur, mutuum dare iubet. Mutuum datis, nihil inde sperantes: quandoquidem si mutuum dederitis eis a quibus speratis accipere, quia gratia est vobis? In lege mosaica vetitum erat lucrum ex mutuo captare. In lege evangelica, que lex caritatis, & perfectionis est, non modo Christus lucrum vetat ex mutuo recipi, sed mutuum dari hortatur abique ipse illud recuperandi. Hæc omnia Patres docent, *Assu-fecit Dominum* (inquit Terullianus Lib. IV. adversus Marcionem cap. xvii.) *ipsi feneratori (id est forti) perdendo, cuius fructum didicisset per legem amittere.* S. Basilus homin. in*

Psalm. xiv. *Datis mutuo eis a quibus accipere minime speratis.* S. Ioannes Chrysolomus homil. lvi. in Matth. *Cum Deus velit, quod dederis, accipere: Datis namque illis, inquit, a quibus accipere non putatis: tu etiam plerumque dederis flagitose.* Superfluit ceteros allegare Patres, qui omnes docent, Christum Dominum non solum legem mosaicam adversus usuram confirmasse, sed perfectisse. Vult quippe in hoc potissimum caritatis puncto ut discipulorum lucrum iustitia Pharisæorum iustitiae præter. Quomobrem si Hebræi absque lucro mutuum tradebant illis a quibus caro sperabant se tantumdem receduros, iuber ut nec etiam illis pecuniam mutuum credamus, si opus fuerit, quo eadem reddituros memimus. *Mutuum datis, nihil inde sperantes. Id nihil tum lucrum, tum capitale excludit.* Tantum igitur abest ut propter periculum, sive probabile, sive extraordinarium, sive quodcumque, aliquid accipere Christiani iuxta evangelicam legem valeant; quin eo ipso in loco ubi de pericula forte agitur, mutuum dare Christus præscribit. Hæc est omnium Patrum sententia, ut vidimus.

IV. Sententia nostra confirmatur ipsorum Ethnicorum auctoritate, qui id infidelitatis caligine circumfusi hanc veritatem agnovērunt. Duplex pene iplos mutuum, terreste, & maritimum. Ex utroque usura debebantur, quia licite apud ipsos habebantur. Quod ad periculum attinet ex mutuo terestri, usura nulla præter contractus pendebatur: quia periculum erat apud debitorem, qui in omni eventu tenebat ex omnibus bonis suis indemnem reddere creditorem. In mutuo maritimo, seu nautico usura conductis majores solvebantur propter periculum susceptum a creditore, cui soli pecunia tradita, si navis periret, periret. Hoc solum periculum susceptum a creditore, apud ipsos pretio æstimabile erat. Legem integram titulum 2. ff. 22. l. 3. Modestinus. *In nautica pecunia ex eo die periculum spectat ad creditorem, ex quo navem navigare conveniat.* Item ibi l. 5. Scævola. *Periculum pretium est &c. ubi non alii casus recedunt in quibus periculum pretio æstimatur, nisi qui esse speciem præferunt, pecunie tractatitæ similes.* Periculum vero illud semper ad creditorem attinebat. Periculum vero quod ad debitorem pertinet, quatenus hic ex omnibus bonis quæ habet, vel que habiturus est, tenetur ad tantumdem creditori reddendum; nunquam pene Ethnicos ipsos pretio dignum reputatum fuit. Periculum utique est

& quidam probabile, etiam in mutuo terestri, ne debitor sit solvendo, vel fortuna adversa, vel ejus perfidia, prodigalitate, alii-que causis. Sed Ethnicorum nemo periculum illud pretio compendiam ducit. Id vero docebant Christianorum Theologi, qui omne fenus tum nauticum, tum terreste execratur: Fenus quippe nauticum, quod ut licitum propagnabant Ethnicis, semper detestati sunt Christiani: & quia periculi colore a creditore suscepti lucrare eiusmodi fenus contendebat aliqui, illud damnavit Gregorius IX. cap. *Naviganti*. Si itaque nobis nec ratione periculi iuris, suscepti a creditore, licitum lucrum est ex pecunia tractatitæ, quanto minus licitum erit lucrum ob periculum facti; qui debitor ipse obnoxius est, si solvendo sit; creditor vero tum solum damnnum patitur, cum omnia debitoris bona perierint?

§. V.

Theologorum auctoritate sententia nostra confirmatur. Adversarium opinio pluribus absurditas obnoxia est, & conscientias torquet.

I. **N**ostram sententiam ruerunt S. Thomas, sive *Auctor opuse. lxxiii. cap. vi.* ubi hæc habentur. *Si quis pecuniam alienam naviganti commiserit mutuo propter spem aliquis lucri, licet periculum etiam sortis super se receperit, nihilominus indicatur usurarius, etiamsi totum amiserit.* S. Raymondus in *Sum. tit. de usur. §. 7.* ubi exponit Decretalem *Naviganti*, ad hæc datam (quo facta est nemo malus eisdem germanum lenium affectus est) hæc scribit. *Tales semper faciunt tale mutuum propter spem lucri pecuniarum; quod non licet. Si illi damnant usuræ lucrum ob periculum iuris, quod aliunde pretio æstimabile est, ut patet in tertio assessorum, quanto magis damnant lucrum ob merum periculum facti mutuo infutum?*

II. Nostram quoque sententiam propagnant Navarrus cap. *xxiii. num. 81.* Dominicus Soto Lib. VI. *quest. IV. art. 1. ad 1.* Banez 2. 2. *quest. lxxvii. art. 4. dub. 6.* Guiterrez *canonic. Op. cap. 39. num. 30.* Rebelius II. *Part. Lib. IX. quest. xii. num. 2.* Tolerus Lib. de *septem peccat. mort. cap. II. Tapia Lib. V. quest. xvii. art. 9.* Conradus *quest. lev. La-Croix in dyal. Part. I. præcept. vii. quest. v. dub. 6.* Ludovicus Lopez de *contract. cap. xxxviii.* & Instructor. II. *Part. cap. lxx.* & contrariam opinionem posulat tanquam periculofam in fide. Natalis ab

Alexandro Lib. III. *art. 5. reg. 3.* Franciscus Gennetus *tractat. IV. cap. vii. quest. III. & IV.* Petrus Ballerinus *præfati. II. ad S. Antoninum, & de iur. divino Op. Tom. I. Lib. VI. cap. III.* Nicolaus Gennaro in *Usura detecta Part. I. requirit. 1. §. 5.* Item Theologi Parisienses, & Lovanienses; ut testatur Continuator Turnely *Part. II. de contract. cap. III. art. 3. sect. 1. conclus. 1. & 2.* qui loquens de periculo facti nostræ opinionem accedit. Ratione periculi iuris *conclus. 2.* affirmat licitum esse lucrum. Ratione periculi extrinseci probabili, ait, vix in praxi licet usura exigi lucrum posse. Gabriel Antoinne *tract. de contract. cap. III. quest. xv.* negat licitum esse exigere aliquid a pauperibus ratione periculi orti ex corrupta inopia; quia periculum intrinsecum est huic mutuo *individuo*. Sed etiam vere intrinsecum est huic mutuo in individuo, tradito naviganti, vel eunti ad quodinas; quavis Probabilis illud appellent extrinsecum. Ilorum rationes in favorem lucri percepti ob tale periculum, adducit P. Antoine, nec casus improbat; nec tamen approbat. Verum si lucrum perceptum ratione periculi orti ex pauperum inopia fenebre est, eadem ratione fenebre est etiam lucrum exactum ratione cuiusque periculi facti.

III. Nostræ sententiam communitur subscribit Canonice. Honoratus Legatarius perdoctus Canonista *de usuris quest. xxiii.* defendit nostram sententiam cum communi Canoniarum alientis. Animadvertit, olim permissum fuisse civili iure nauticum fenus ob susceptum periculum. Nunc vero, inquit, *usura hæc nautica omnino damnata est, & leges civiles, nauticum fenus permittere, abrogata sunt ex constitutione D. Gregorii IX. cap. ult. de usur. cap. Naviganti.* Postquam vero demonstravit, fenebre esse lucrum ob periculum iuris susceptum a creditore *num. 27.* improbat potiori iure tanquam feneratorium lucrum perceptum ob periculum facti, cui se exponit creditor: *quavis, inquit, id licitum esse sentiant Leonardus Salsus, & Theologi sane plurimi. . . .* Sed nostræ sententia tutor est, & inter Insuperitos recepta.

IV. P. Nicolaus Gennaro O. P. strenuus cavillationum quæ cogitant iuniores plures ad succandas usuras, opugnat *loc. cit. num. 36.* Insuperbit doctrine Leonardæ; deinde sic effatur. *Ita sentiant Doctores laici in constitutione Theologorum. Et, ob hunc Deum, in quas sententias abeunt tot capita? Ad quid?*

quæsitum, propositum Congregationi, legem iniquissimam præfert? Lege regni Sinenſis taxata quantitas est triginta in centum quotannis solvenda, ob fugam debitorem, aliaque pericula. Lex ista si nape natura iniqua est. Centesimam Romani mordentem usuram reputabant. Hæc lex Sinenſis triginta in centum solvenda præscribit. Quis iniquissimus, & crudelis inhumanitatis, atque feritatis pietam non tenet legem istam? Et tamen in responſo mentio eiusdem nulla est. Ex ipſo ergo documento eruitur, nihil certi super quæſito proſitolo deſignatum eſſe; ſed prudenti economica diſpoſitione in aliud tempus dirimendam diſcultatem reſectam fuiſſe. Plura ſimilia exempla in Sinenſibus controverſis decernendis adducere poſſem, quæ prætereo. Conferas hæc velim cum iſis quæ integro hoc capite dicta ſunt: & inde colliges, quanti fit faciendum reſponſum iſtud.

IV. Opponunt 2. S. Thomas hæc docet 2. 2. quæſt. lxxxvii. artic. 4. ad 2. poſſe augeri pretium propter periculum cui ſe exponit mercator, transferendo rem de loco in locum. Ergo pariter pretium forſis poteſt augeri propter periculum cui exponitur. Hæc eſt argutio P. Caroli Billuart, qui S. Doctoris verba in erroneum detorque re ſenſum perſentat. Integrum Angelici Præceptoris textum tranſcribo. Agit ille in citato articulo de negotiatione, in qua offendi licitum eſſe mercem vilis emptam carius vendere. Et ad oppoſitionem ſibi factam reſpondet. Non quicumque carius vendit aliquid quam emittit, negotiator; ſed ſolum qui ad hoc emittit, ut carius vendat. Si autem rem emittit, non ut vendat, ſed ut teneat, & poſtea cum propter aliquam cauſam eam vendere velit, non eſt negotiator, quamvis carius vendat. Poteſt enim hoc licite facere, vel quia in aliquo rem melioravit, vel quia pretium rei eſt mutatum ſecundum diverſitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui ſe exponit transferendo rem de loco ad locum, vel rem forſi faciendum. Et ſecundum hoc nec emptio, nec venditio eſt iniuſta.

V. Quod hoc paradoxon opponant Probabilitate, nihil miror. Sed quod illud obtrudant Henricus a S. Ignatio, & P. Billuart, qui ſe Thomiſtas oſtentant, reſ eſt admiratione digna. Sicut ergo in emptione, & venditione mercium licet pretium augere, ita etiam in mutuo. Pecunia ne mutuatam merx eſt, maior & minor pretio ſubiecta, ſicut alie merces? Nullas ergo in mundo uſura. Merces, antequam emptori tradantur, venditori pereant. Mercator, transferendo mer-

ces de loco in locum, multa ſuſtinet pericula. Et ſi merces a piratis, vel graſſatoribus ſurripiantur, aliiſve caſibus pereant, ipſi mercatori pereant. Idcirco ob eiuſmodi pericula pretium augere iure valet. Nulla de hoc penes aliquem dubitatio eſt. Pecunia mutuatam perit mutuatam, penes quem ſicunt eſt dominium eiſdem, ita etiam periculum facti, de quo ſolo oppoſitores loquuntur. Ergo paritas ineptiſſima eſt.

VI. Opponunt 3. Non eſt uſura, dum aliquid exigitur in mutuo ratione aliquid iſtuli pretio aſſimilabilis, mutuo extrinſeco, & per accidens annexi. Sed periculum forſis eſt mutuo extrinſecum, & per accidens eadem coniunctum, & ſiquæ pretio aſſimilabile. Ergo &c. Patet prima pars minoris; quia hoc periculum non oritur ex mutuo; ſed ex qualitatibus accidentalibus mutuatoris; ideoque eſt a mutuo ſeparabile: ut ſi mutuatarius fiat decolor, aut exercere commercium periculolum velit. Patet etiam ſecunda pars; quia tertius aliquis poteſt incipere periculum illud, & pro aſſecuratione pretium exigere. Pretio ergo aſſimilabile eſt periculum illud. Hæc totidem verbe ſeribit P. Billuart, Henricus a S. Ignatio, & communiter adverſarii omnes, qui addere ſolent, aliud eſſe periculum ordinarium, & commune mutuo inſitum; aliud probabile extraordinarium, & mutuo extrinſecum.

VII. Relp. Cogor interrogare P. Billuart, quid intelligat nomine mutui, dum illud a periculo immane aſſerit? Periculum non oritur ex mutuo, ſed qualitatibus accidentalibus mutuatoris. Exerceret ne aliquod mutuum in luna concavò, aut cum homine prædamita? Nos enim loquimur de pecunia mutuo tradita homini ſaluti, qui aut malitia, aut inopia cogente impotens ad reſiſtendum evadere, mori, & multis eventibus perire, ac fidem frangere poſſit. Hæc & plura alia inſitna ſunt humane nature corruptæ. Mutuo rei tradite homini hæc natura compacta, intrinſecum periculum aſſerimus. Demas hæc qualitates ab homine, & da nobis hominem falli, aut fallere neſcimus, atque tunc dicemus & nos, in immune a periculo mutuum eſſe. Sed inſiſtis. Homines non ſunt natura ſua decoloribus (vulgo ſaluti) prodigi, luſores, deceptores. Bene hæc. Quid heine? Iam dixi, neminem, niſi ſiſtunt, mutuum pecuniam tradere decoloribus, prodigiſ, luſoribus, aliſque ſimilibus. Hæc ne ſunt pericula extraordinaria, quæ factantur, & exaggerantur? Sed dum hæc pericula imminet, nemo mutuum tra-

dit. Numquid Chriſti caritas, numquid prudentia Chriſtiana, vel pagana ſuſſerit, ut ſimilibus hominibus mutui beneficium conſentatur? Fateare ergo neceſſum eſt, illos qui talibus mutuatariſ pecunias tradunt, aut ſuſtituta agi, aut avaritia, ſeu ſpe lucrandi, ex mutuo impelli; quod omnes damnant. Deinde nonne omnes mutuatari� domini ſunt pecuniam mutuo acceptæ? Dubio procul. Ergo eam exponere iure valet luſo, mercatura periculofa, conviviis, luſui, pompis, ac denique prodigere. Ergo evidens eſt, quodlibet periculum, ſive ordinarium, ſive extraordinarium, intrinſecum eſſe ipſus mutui periculum, mutuo verum habet, quod hoc natura. Id ſolum proſus inſitum, poſſit periculum, mutuo proſus inſitum, poſſit inſus vel minus eſſe, quatenus homines plus minusve fallaces ſunt. Quamquam non raro homines qui eruduntur integre fidei, & divitiis aſſuſentes, ſolemniter fallant, & decipiunt; & contra alii dubie fidei exacte mutuum reddunt. Ceterum quis cogit mutuatari� ut his hominibus mutuas tradant pecunias? Quis? Avaritia, cupiditas lucri, dementia. Obſtreps iterum. Aſſecutor poteſt pretium exigere: ergo & mutuator. Conſequentia ineptiſſima eſt. Quia reſpectu mutuatoris eſt merum periculum facti; reſpectu aſſecutoris eſt periculum iuris. Nulla eſt reſpectu iſtius uſura luſpicio, ſicuti eſt reſpectu mutuatoris.

VIII. Opponunt 4. Licita eſt lucri exactio ratione periculi damni emergentis. Ergo etiam ratione periculi forſis amittendæ. Urget hæc ratio, inquit P. Billuart: & P. Henricus a S. Ignatio ſubdit: Adeo placuit hæc ratio R. P. Platello, S. T. doctiſſimo Profeſſori, ut ſuum mihi de ea iudicium aperiens, diſerit, ſibi videri demonſtrativam. Mirabilis humani ingenii diverſitas. Quod P. Platellus, aperitiſſimus peccati philoſophici propugnator, reputaverit demonſtratione vanum, & maniſteſtum ſophiſma, nihil mirandum; ſed quod P. Henricus, qui Theologiam Sanctorum ſe docere promittit, his argutationibus graviffimam controverſiam implicare ſtudeat, magnopere mirandum eſt.

IX. Reſpondeo negando conſequentiam. Damnum emergens eſt quid a mutuo diverſum. Periculum forſis eſt ipſi forſi inſitum. Quid reponit P. Billuart cum P. Henrico a S. Ignatio: nonne & damnum forſis eſt quid diſtinctum a forſe? Ergo ſicut ob periculum damni emergentis licitum fuerit emere, ita & ob periculum damni forſi annexi. Luſus verborum iſti ſunt ſane vaniſſimi. Damnum forſis aliud non eſt niſi for-

forſis amiſſio. Quare periculum damni forſis non eſt niſi periculum amittendæ forſis. Quod P. Henricus ait, certiffimum eſſe quod probabile periculum forſis fit quid extrinſecum forſi, eſt certiffimum, & maniſteſtiſſima falſitas. Adiamus illius demonſtrationem. Quod eſt ſeparabile a mutuo, eſt extrinſecum eidem. Sed ſeparari hoc periculum a mutuo poteſt per pigrus, per aſſecurationem. Ergo eidem extrinſecum eſt. Quid non plaudat iſte demonſtrationi? Medio pignore periculum quodlibet, & probabile, & commune, & proximum, & remotum, a mutuo tollitur. Ergo mutuum nullum inſitum periculum habet. Iam ſupra palam ſic, hæc cavillationem evidenter patefacere mutuo periculum coherere. Pignorſ traditio impedit ne periculi effectus ſequatur. Ergo maniſteſte evincit mutui nature periculum inſeſſe: alioquin fruſtra pigrus in aſſecurationem peteret mutuator. Sed quam craftia, & ridicula fit cavillatio, quam demonſtrationem appellat adverſarii, paucis habeto. Periculum probabile forſis amittendæ eſt quid forſi extrinſecum, ſicut & periculum damni emergentis. Ergo mutuator duplex pretium exigere poteſt, unum ad compenſandum probabile forſis periculum; alterum ſolvendum pro periculo emergentis damni. Et quoque maiora ſunt hæc pericula, eo ampliora pendenda præria erunt. Quo poſtro, quemadmodum in regno Sinenſi, ſic & in Europa, triginta in centum ſolvenda erant. Immo tertium, & quartum addendum erit pro duobus aliis periculis, nempe acceſſionis ſolvenda pro periculo forſis, & acceſſionis pendenda pro periculo emergentis damni. Verum ne plus iuſto tempus teram in vano ſophiſtam convellendum, advertendum eſt, adverſarios turpiter errare, dum certo ſtatuunt, pro ſolo periculo damni emergentis exist pretium poſſe. Hoc maniſteſte falſum eſt. Paſſivi utique contrahentes valent de ſolvendo damno quod mutuatori imminet, ſi reſiſta evenierit. Ceterum ſi damnum non emerit, nihil proſus ſolvendum eſt. Et hoc inſita evidenter patefaciam. Alioquin omnia uſuras, oppreſſionibus, & rapinis redundarent. Latius quam par erat, ego diſputaſſe aliquibus videbor. Sed impeditiſſima quæſtio ſolum poſtulavit ſermonem.

CAPUT XII.

Licet ne aliquid exigere supra sortem ratione laboris in numeranda, vel aportanda pecunia, mensurando tritico &c.

IP Thomas Tamburinus *Lib. IX. de contract. tract. 1. cap. 111. §. 2. n. 1.* docet, licitum esse mutuatario exigere aliquid proportionatum notabili labori quem futinet in parandis pecuniis, in numeranda magna quantitate, in mensurando tritico, in aportando vino in domum mutuatarii, cuius in gratiam eisdem mutuum dat: quod semper accidit. Et citat pro hac sua opinione Molinam, Medinam, Navarrum, & alios.

II. Hac opinio absolute falsa est, eaque admittit, omnis usura de mundo auferetur. Qui enim sic potest ut quis mutuum exerceat, quin laborem subeat in paranda, numerandaque pecunia? An aliquis unquam mutuo pecuniam tradit quin eam parat, numerat? Et quo maior est pecunie numeranda, parandaque quantitas, eo maior sustinendus labor est. Quisquis, inquit, locare laborem suum Sacerdos poterit in laicis ministrandis, sicut mutuator in parandis pecuniis numerandisque. Et sic finis nulla, nulla usura erit. Labor ille coheret mutuo. Quomobrem qui gratis mutuum dare tenetur, gratis laborem hunc facere astringitur. An Christi IESU & Apostolorum, & Patrum tempore homines non parabant, non numerabant pecuniam, & alia mutuo tradenda?

III. Si contingeret casus in quo mutuator alterius opera indigeret in pecunia numeranda, in dimetiendo tritico, oleo &c. tunc huic tertio compensandus labor esset. Cavendum tamen ne mutuator ipse quidquam reciperet a numeratore vel dimensore: quia tunc parium usura esset. Quid si dimensorem vel numeratorem, & ex mera liberalitate quidquam donaret mutuatori? In hac hypothese nulla usura esset. Nec enim mutuator ineptus est ad munera accipienda etiam ab ipso mutuatario, necum a numeratore pecuniam. Sed facillime sub larva muneris latrat usura seclis. Quare mercatores, ceterique, qui suos servos, & ministros conductos habent ad hanc negotia peragenda, nempe ad pecuniam numerandam, mercas ponderandas, vel mensurandas, nihil pro labore illorum exigere absque usura laque possunt, ut

cuique patet. Mutuatarius vero propriis expensis alportare res mutuo acceptas in domum suam, vel quocumque voluerit, tenetur: quoniam res mutuatarii illius sunt. Nec in re pericula amplius immorandum puto, cum graviora indlent.

CAPUT XIII.

An pro voluntate mutuandi, vel obligandi se ad mutuandum, aut ad mutuum non repetendum infra prescriptum tempus, licet quid exigere supra sortem.

IPRimum quaesiti partem versat P. Tamburinus *Lib. IX. tract. 1. cap. 118. §. 5.* sed vel ipse eam improbat: nec eisdem meminisse, nisi ille eandem propolisset. Voluntas quippe mutuandi intima motus est. Quare sicut nihil ob mutuum, ita nihil ob mutui dandi voluntatem accipi potest; nisi, inquit, Tamburinus, iocari velimus. Idem tamen Tamburinus paulo ante, nempe *cap. 117. §. 2. num. 5.* inquit: Mutuus potest a te aliquid accipere, si se obligat ad mutuandum, quoties tu pecunia indigeris: quia id novum est gravamen. Ecur insuper mutuator gravamen illud? Cur hunc lucrandi modum pra alio seligit? Tamburinus hanc opinionem tanquam certam exhibet. Sed illam ego felicio ut fallam, & tanquam usurae pollum. Feneratoris omnes hanc subeunt obligationem, praeterim si mutuatarii solvendo praesideantur idonei.

II. Secunda quaesiti pars suos habet patronos. P. Diana *Tom. II. tract. 111. res. 45.* pro affirmante opinione citat Leshem, & Galestinum. P. Thomas Tamburinus *Lib. IX. tract. 1. cap. v. §. 2.* testatur, opinionem negantem esse communem. Refert Leonardum Lessium *Lib. II. cap. Xc. d. 6.* negativam propugnantem; sed simul aientem, affirmativam videri alios non improbabilem. Quid inde? *Dubia igitur res est*, inquit ibi Tamburinus. Si dubia res est, inquit ibi Tamburinus, melior est conditio possidentis. Nihil tam absurdum, quod vi Probabilissimi faceri non possit.

III. Ut controversia pleno in lumine collocetur, primo describenda est propositio damnata ab Alexandro VII. num. 42. *Licetum est mutuatari aliquid supra sortem exigere, si se obliget ad non repetendum sortem usque ad certum tempus.* Respondet P. Thomas Tamburinus *Lib. VIII. in Decalog. cap. VIII. §. 3. n. 18.* his verbis. *Dixi iam posse pro hoc titulo promissionis non repetendi pecuniam mutuum*

tuam pro quolibet anno licite in nostra hac aetate PECUNIOSA EXIGI quinque pro centenario. Ita Caramuel. Pecuniola ne atas nostra? Et ideo usuraria? Hec aetate pecuniola videbat Alexander VII. qui hanc doctrinam damnavit an. 1666. Tamburinus enim obiit an. 1675. Laxas, & proscriptas Tamburini opiniones frequenter indico, quia illius opera plurimum imperitorum manibus tenentur. Advertendum insuper est, propositiones damnatas sepe esse veluti principia ex quibus parva confectaria erronea proficiuntur. Quare abstinentium est illis ad illorum librorum lectione qui frequenter scatenat opinionibus aut laxis, aut proscriptis.

IV. Itaque exactio accessiois supra sortem est manifeste feneratoria, & opposita Tamburini, ac aliorum inuoluntaria sententia, ut vidimus, damnata est. Explicatur ratio nostrae sententiae. Sub initium disputationis dixi, ad naturam mutui pertinere quod aliquid tempus interstitium inter traditionem & restitutionem rei mutuatae. Quod principio tanquam certo constituto, hanc formam argumentationem. De natura mutui absolute accepti est obligatio implicita non repetendi rem mutuatam nisi post aliquod tempus. In hoc enim mutuum a precario praecipue differit (licet discrepet etiam ob alia plura) quod precarium repeti semper, & ad libitum possit, secus mutuum. Porro si de natura mutui absolute spectati est implicita & tacita obligatio non repetendi sortem infra aliquod tempus; necessario consequitur, hanc obligationem cuiusque mutui in in-dividuo convenire. Heine scit mutuo ad quindecim dies coherere obligatio non repetendi sortem ante quindecim dies; sic mutuo ad sex menses, ante annum, ante biennium, &c. infra est obligatio sortis non repetenda ante sex menses, ante annum, ante biennium, triennium &c. Quod enim convenit alicui ratione iure naturae specificae, convenit ei in quocumque statu, & in omni individuo, ut Metaphysici testantur. Ergo si mutuum, ut mutuum, essentialiter postulat ut ante aliquod tempus non repetatur, hoc cuiusque mutuo convenire debet.

V. P. Patritius Sporer, licet Probabilitate valde benignus, tamen hanc nostram opinionem vocat comunem *tract. vi. in 7. praecip. Decal. cap. 117. sect. 3. §. 4. num. 60. & 70.* ubi citans pro hac communis opinione Auctores, de P. Thoma Tamburino haec scribit: *In praxi approbat Tamburinus, est MORESOLITO adhibere sententia laxiori.* Hae

cum legerem, pro certo habebam, ab hac laxitate recedere Sporerium. Verum, compecta lectione num. 80. haec illam scribere reperi num. 71. *Sententia opposita non improbabilis.* Et omnia argumenta proponit quae putat illam probabilem reddere. Et quamquam paulo ante testetur, habere opinionem fuisse damnatam ab Alexandro VII. nihilominus illam ut non improbabilem exhibere lectoribus non veretur. P. Thomas Tamburinus, tamen contrariam sententiam defendere expresse non audeat, tamen elevare vim rationis facte conatur *Lib. VIII. tract. 111. cap. VIII. §. 5. ubi num. 11. Pro curiosis*, inquit, *respondenti ad rationes contrariae sententiae potest, mutuo utique intrinsecum esse obligationem sortis non repetende pro aliquo commo tempore; secus pro longiore tempore, in quod potest mutuum postit.* Quam responsonem colligit ex suo P. Dica-talio. Sed haec sunt consuetae nugae excogitatae pro curiosis, ut phasi eisdem Tamburii utar. Nam quoties mutuator sponte & libere praesinit tempus longum pro mutui restitutione, tam est intrinsecum mutuo hoc longum tempus, quam breve. Brevitas quippe, aut longitudo temporis non variat eaque mutuo coheret. Concedit Tamburinus, tempus congruum intrinsecum esse mutui naturae. Porro unde est mutuo? Non illud tempus congruum est mutuarii. Communitas mutuatari vendit nequit a mutuatari. Ergo si hic ad longum tempus pro commo mutuatari mutuum dat, pro tali longo tempore nihil exigere iure valet: alioquin venderet mutuatari commoditatem; quod usuram manifestam prodit. Sed quid longius immoror in convellendis ratiunculis pro pabulo curiosorum fabricatis? Illud tantum a maris lugendam lacrymis est, quod gravissima evangelica mandata pro curiosis implicari consueverunt.

VI. P. Dominicus Viva in sua *Trinita* in hac *proposit. 42.* post aliam sulo calamo rationem in proscripta opinione praesulum, pro vera nostra sententia inquit num. 10. *Ratio a priori cur id non licet, est permissibilis.* Narrat, Cardinalem de Lugo *disp. 11. sect. 3.* varias allegare rationes, quae relictae. Post adducit rationem quam excogitavit ille de Lugo, sed non haec arripit P. Viva; & relictis rationibus aliis, tandem iuxta doctrinam P. Salas num. 11. sic arguitur. Dum quis obligat se per decennium ad non repetendum mutuum, vel praevidet periculum esse remotum, quod inter-

rim ea pecunia indiget; vel praevidet esse proximum, & probabile. Si praevidet esse remotum, nihil exigere potest. Si praevidet esse proximum, & probabile, tunc poterit percipere iustum pretium, non quidem pro obligatione non repetendi mutuum, sed pro periculo proximo & probabili quod infra tale spatium temporis damnum sit emeritum, vel lucrum cessaturum.

VII. His effugis eliditur damnata propositio. Potissima ratio cui nitebatur damnata doctrina Auctores, erat scilicet haec, quod infra longum tempus plures occurrant occasiones adhibendi pecuniam ad reparanda damna, & ad lucra captanda. Sola itaque verborum diversitate proscripta doctrina probabilis fuit honestatur.

VIII. Salmanticenses *tract. xiv. cap. 111. puncti. 4. num. 26.* haec de ipso verbo dicant, le propriam opinionem liberare a censura damnatae doctrinae, tamen repta, ut ego quidem arbitror, eam propugnant, iniquant enim, moraliter impossibile esse quod per multum tempus non occurrant mutanti multae necessitates, & occasiones dispensandi pecunias: & ratione huius specialis incommoditatis potest ultra sortem aliquid exigere. Et post pauca ex Carrauele, Aragon, Banner, & Prado subdunt, nomine incommoditatis, de qua diximus, non intelligi solum damnum emergens, aut lucrum cessans in ipsa pecunia: sed etiam quemcumque actum vel liberalitatis, vel magnificentiae, quem decebat ipsum mutuatorum exercere; vel quamcumque aliam operationem vel necessarium, vel convenientem, a qua mutans impeditur: nam pro his omnibus (modo non sit ficta, sed vera incommoditas) pretium accipere, de illoque pacto licitum erit.

IX. Si vera sint quae Tamburinus, Viva, Salmanticenses asserunt, immerito Sedes Apostolica damnavit delictam propositioem. Nam illius Auctores illam propugnabant ob pretextum eisdem quos obrudunt post damnationem Auctores illi. Impossibile moraliter est quod per multum tempus non occurrant mutanti multae occasiones dispensandae pecunia mutuo tradite, exerceandae magnificentiae, aut cuiusque actionis convenientis. Pro his autem omnibus, inquit Salmanticenses, licitum est pretium accipere. Ergo potest quisque pretium accipere ob voluntatem non repetendi mutuum intra certum tempus. Quia moraliter fieri nequit ut aliqua ex recensitis incommoditatibus non occurrat, non modo infra multum, verum etiam infra moderatum temporis in-

tervallum. Ad iuxta doctrinam evangelicam mutuum gratuitum est, liberalitate partum, caritate imperatum. Virtutes istae alicuique aliqua incommoditate non exercentur in hoc misero statu. Si vera essent quae ex iunioribus recensimus, nulla in mundo usura, nulla liberalitatis, nulla fraternae caritatis virtus. Sed misis iuniorum commentis, quae idcirco indicavi, ut te ab his cavendis admonerem, rationem aliam dabo cur ob voluntatem non repetendae sortis infra determinatum tempus non liceat quidquam sine ultra exigere.

V. Voluntas non repetendi mutuum infra annum, aut biennium, aut decennium non est aliqua distincta obligatio ex iustitia suscepta; sed virtutis liberalitatis, seu gratuiti beneficii protractio, & extensio. Cuius rationis vim ut tenas, audi S. Thomam 2. 2. quaest. cxvii. art. 4. *Proprium est liberalis usus pecuniae. Usus autem pecuniae est in emissione ipsius. Nam acquisitio pecuniae magis assimilatur generationi quam usui. Custodia vero pecuniae, in quantum ordinatur ad facultatem utendi, assimilatur habuit. Emissio autem alienius rei quanto fit ad aliquid distans, tanto a maiori virtute procedit; sicut patet in his quae proiciuntur. Et ideo ex maiori virtute procedit quod aliquis emitit pecuniam dando eam alii quam expendendo eam circa seipsum. Proprium est autem virtutis ut praesertim tendat in id quod perfectius est. Nam virtus est perfectio quaedam. Et ideo liberalis magis laudatur ex datione. Antim adim iuniores. Mutuum aut ex virtute liberalitatis, aut ex oppposito avaritiae vitio proficiscitur. Si primum; quo perfectior est virtus, eo longius, inquit Doctor sanctus, pecunias emitit; ut patet in proiciente lapidem. Si alterum; artius pecuniae retinentur, solaque eadem augendi cupiditas foras emittit, ut cum incremento redeant. Et quo maior est lucri cupiditas, eo longius eadem distrahit, ut maius fiat incrementum. Si virtus liberalitatis nequit ad annum, ad biennium, ad quinquennium pecunias mutuo tradere; cur illas in tantum tempus distrahis? Ex liberalitate, ex caritate? Gratis ergo id praestas. Reliquis gratis tradere? Cur ergo te obligas ad pecunias non repetendas? Ex lucri cupiditate. Nolla hic evadendi rima. Contractus mutui gratuitus natura sua est, ex liberalitate manans. Mutuum dare ad annum, ad biennium, non extrahit mutuum a virtute liberalitatis; neque obligatio illud non repetendi libere suscepta ex alia virtute quam ex libe-*

liberalitate oritur, nullo vero modo ex iustitia; alioquin mutuum evaderet contractus onerosus, nec amplius esset gratuitus. Igitur obligatio haec non repetendi mutui non aliud est quam beneficii extensio, & amplificatio. Obligatio autem liberalis, & gratuita non est digna pretio; alioquin gratuita non esset. Nec obrudas, quod licet mutuum tradere sit actus gratuitus, tamen obligatio non repetendi intra annum debitum legale imponit mutuatori. Quoniam sicut mutuum dare ad mensam, aut ad breve tempus, non inducit duplicem obligationem, alteram gratuitam, alteram legalem ex iustitia; ita neque mutuari ad annum, vel ad biennium, vel ultra. Sed quo liberalior est mutuator, eo magis beneficii collationem extendit: & circumstantia brevis, aut longi temporis contractus gratuiti mutuum non mutat. Quidquid enim mutuator mutando tribuit, gratis tribuere debet, sic exigente mutui natura.

XI. Aliqui opponunt *Bursam* Antverpiensem, & *Lugdunensem*, cuius usus est apud bene moratos mercatores. Respondeo, *Bursam* hanc plenam usuram esse, nisi alijs sit munita praefidis. Absurdum est, inquit, tot mercatores bene moratos damnare. Haec est illa fenestra scaturigo unde tot laxitates, & corruptelae in christianam Theologiam manant. Mercatores, & iuniores quidam Theologi mutuo sibi animos addunt ad christianam doctrinam temperandam. Illi bonam conscientiam mercatorum opponunt; illi austeritatem Casuillarum offensant. Sed in damnata opinione convellenda non est amplius immorandum.

XII. Ultimo loco adnotare lubet, *P. Diernam* summa iniuria adscribere hanc proscriptam doctrinam discipulis S. Thomae. Non nego, Thomis aliquos, Serram, Zanardum, Ledesam, La-Cruz, alioque laxas doctores opiniones. Sed impolitura nimis audax est, hanc dicam impingere S. Thomae discipulis indefinite: cum veri Thomistae sint strenui doctrinae sanioris assertores, & vindices.

CAPUT XIV.

De damno emergente, eiusque conditionibus.

INTER gravissimas quae in celebri de fenore controversia occurrunt difficultates enucleandae, potissima sane, atque ob iuniorum opiniones implicatissima est haec quam propositi de damno emergente. Nihil fere hodie tam fenestre quod duobus titulis, da-

moni emergentis, & lucri cessantis, sepiissime fictitris, honestare non contentandam feneratoris. Quare si longior sermo erit, non vitio, sed necessitati explodendi plura Casuillarum commenta, vertatur. Immo in id incumbam, ut ad vivum omnibus superfluis relictis, ea tantum vel exarsum indicam quae ad declinandum usurae scelus necessaria vix fuerint. Ad rem.

II. Damnum emergens vocatur detrimentum illud quod solius mutui causa mutuator patitur. Exempla dabo. Pecunias paratas habes ad res ruinosas reparandas, ad triticum, vel aliam annonam opportuno tempore emendam pro toto anno. Si, ut has pecunias egenti fratri mutuas tradas, adhas distantur, si a providenda annonae abintineas, & cogaris ut eandem carius emere, aut pecunias cum usura ab alio accipere; hoc vocatur damnum emergens: quia repta ratione mutui tibi emergit.

III. Plures imperitii damnum emergens, & lucrum cessans pro eodem accipiunt; cum duo sint omnino diversa. Nam damnum quod emergens dicitur, patitur in eis quae repta possidemus. Lucrum vero cessans dicitur, quatenus speramus assequi media illa pecunia quam mutuo tradimus, ea quae non habemus, sed in spe tantum sunt. Utique ob damnum emergens aliquo modo lucrum cessat: quia, ut vulgo dicitur, lucrum, dum non perdimus; & dum perdimus, lucrum cessat. Similiter dum lucrum nobis cessat, damnum patitur ob lucri privationem. Sed haec accessoria sunt, & secundaria. Verum dum de his duobus titulis fermo est, id considerare debemus quod principaliter in utroque est, nempe damnum, & lucrum. Haec omnia perspicue S. Thomas docet 2. 2. qu. lxxviii. art. 2. ad 1. *Ille qui mutuum dedit, potest absque peccato in pactum deducere eum eo qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid quod habere debet. Hoc est detrimentum, quod appellatur damnum emergens. Recompensationem vero damni quod consideratur in hoc quod de pecunia lucratur (ecce lucrum cessans, ad quod sequitur detrimentum talis lucri intercepti) non potest in pactum deducere. De lucri cessante capite sequenti. In praesentia de damno emergente disputamus.*